

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

exercitationis habebant. existimabant enim a natura tantummodo proficisci eloquentiam. non exercita-
 tione: neq; alia arte confici. Oratoribus scilicet Hermestre. Hermagora. Magnitudo ac varietas: nul-
 la fere causa erat: quam non in vrbe Romana agere potuissent. qui se huic studio dederant: Magnitu-
 do. ad quantitatem continuam: Multitudo ad quantitatem discretam. Varietas. quia omnis res ad
 dicendum proposita e materia oratoris. Multitudo. quae in iudiciali. in demonstratio & deliberatio
 genere causarum versarentur. Adiungeretur vsus. id est exercitatio. Ingenia vero ad gratiam: vt q elo-
 quētissimus esset. apud optimos gratis
 esset & opibus praestaret: & summo apud
 omnes in honore esset. Ingenia vero. erat
 & alia causa cur multi hanc artem conse-
 querentur: quod & romani caeteris gen-
 tibus ingenio praestiterunt. Sed nimirum:
 Haec est postrema pars huius capitis
 in qua soluitur quaestio. cur in caeteris ar-
 tibus excellentes iuri complures: in arte
 oratoria pauci inueniantur: & haec causa
 est. q; hanc artem dicit caeteris esse diffi-
 ciliorem q; ita esse coniecturis euidenter
 ostendit. Hic ergo coniecturalis constitu-
tio. Intentio est ars oratoria caeteris diffi-
 cilior est: Depulsio non est. Quaestio est.
 vtrum ars oratoria caeteris artibus diffi-
 cilior sit: Quod probare vult artem ora-
toria caeteris artibus esse difficiliorem
coniecturis ostendit non factum esse qd
oportuit: hoc modo. Si ars oratoria cae-
 teris difficilior non esset. a multis sicut cae-
 tere disci oportuit. cum multi praesertim
 operam darent: sed hoc factum non e. ap-
 paret ergo hanc artem caeteris esse diffi-
 ciliorem. Maius est. scilicet hoc artificium ora-
 torium: no est inquit vt vulgo homines
 opinantur q; haec ars facilior sit. Est em
 & scientia. hoc dicit quantum pertinet ad
 materia Rhetoricam facultat. nam in hac
 probatione breuiter vniuersum corp; ar-
 tis oratoriae complectitur. No solum
electione sed etiam constructione: & hoc
q; totum ad elocutionem quae in tres par-
tes diuiditur. in Elegantiam. compositi-
onem & dignitatem. Electione. ad elega-
 tiam quae facit vt vnumquodq; verbum
 pure & aperte dici videatur. nam in sim-
 plicibus verbis quod no est latinum: sic
 in coniunctis quod non est consequens
 est vituperandum. ergo electione scilicet
 simplicium verborum. constructione. sci-
 licet coniunctorum. Constructione ad co-
positionem. quae est constructio verbo-
rum aequaliter perpolita. Et omnes ani-
 morum motus. Nam
 partium orationis duae: ad rem docendam
 valent. narratio & confirmatio. Ad impel-
lentos animos duae. principium & perora-
tio: hoc pertinet ad principia: & conclu-
siones in quibus animi hominum & ad beni-
uolentiam trahunt. & ad indignationem concit-
tur. & ad misericordiam flectunt. Cognoscendi ergo sunt boim affect; vt ex diuersitate complexionum put nobis co-
 modum erit eorum animi vt ad beniuolentiam. vt ad indignationem vt ad misericordiam trahant: Na si bo colericus fue-
 rit ad iracundiam facile concitatur: Si sanguineus ad beniuolentiam inducitur. Si melancolicus. ad odium. Aut
 sedandis. si ad misericordiam traducere volet orator. Excitandis. si ad odium & indignationem. illud p co-
 questionem fiet incommoda nostra commemorando. Hoc p amplificationem. aduersario; crimina exaggerando

totius orationis ignari: qui neq; exercitationis vl-
 lam vim: neq; aliquod praecipuum artis arbitra-
 rentur: tantum quantum ingenio & cogitatione
 poterant: consequebantur. Post autem auditis ora-
toribus grecis: cognitisq; eorum litteris: adhibi-
tisq; doctoribus: incredibili quodam nostri ho-
mines dicendi studio flagrauerunt: Excitabat
eos magnitudo: ac varietas multitudoq; in omni
genere causarum vt ad eam doctrinam quam suo
quisq; studio adsecutus esset: adiungeretur vsus
frequens: qui omnium magistrorum praecipua:
superaret: Erant autem huic studio maxima: quae
nunc quoq; sunt: exposita praemia: vel ad gratiam.
vel ad opes: vel ad dignitatem. Ingenia vero: vt
multis rebus possimus iudicare: nostrorum homi-
num multum caeteris hominibus omnium genti-
um praestiterunt. Quibus de causis quis nuc iure
miretur: ex omni memoria etatum temporum: ciui-
tatum: tam exiguum oratorum numerum inueniri.
Sed nimirum maius est hoc quiddam: quam ho-
mines opinantur: & pluribus ex artibus studiisq;
collectum. Quis enim aliud in maxima discetium
multitudine summa magistrorum copia prestan-
tissimis hominum ingenis: infinita causarum varie-
tate: amplissimis eloquentie propositis praemiis
esse causae putet: nisi rei quandam incredibilem ma-
gnitudinem ac difficultatem. Est enim & scientia
comprehendenda rerum plurimarum: sine qua ver-
borum volubilitas inanis atq; irridenda e. Et ipsa
oratio conformanda non solum electione: sed etiam
constructione verborum: & omnes animorum
motus: quos hominum generi natura rerum tri-
buit: penitus pernoscedi: quod omnis vis ratioq;
dicendi in eorum qui audiunt mentibus: aut sedan-